

Tractatus Comercii
inter M. Britannia Regiam et M^gtum Gedan^s.
Gedani per Ablegatum Extraord. et Plenipotent. sua Maiestatis
et Deputatos M^gtes A. 1706 conclusus, et A. 1707. rati habitus.

Nos Prae-consules et Consules Civitatis Dan-
tiscanae. Notum testatumq; facimus, quorum interest, universis et singulis: Quod
antiquissima illius amicitiae, quae inter Regnorum Magnae Britanniae Subites, et Civita-
tis Dantiscanae Cives atq; Incolas hucusq; viguit firmanda et augenda, mutuq; Comerciorum
et Navigationis usus, res quae hinc inde per temporis decursum irrepsisse videbantur incomo-
dis emendatis ac sublatis magis ac magis promovendi ac stabilicandi ergo, inter Serenissimae et
Potentissimae Principis ac Dominae, Dominae ANNAE, Dei gratia Magnae Bri-
tanniae, Franciae et Hyberniae Reginae, Fidei Defensoris, et reliqua, Ablegatum ex-
traordinarium et Plenipotentiarium, Excellentem atq; Reverendum Dominum, Dominum Ioan-
nem Robinson, S. S. Theologiae Doctorem atq; Ecclesiae Cathedralis et Metropolitanae Christi Can-
tuariensis Canonicum ab una, et Deputatos Nostros Nobiles Dominos, Dominum Gabrielem von
Boemeln, tunc temporis Consulem, nunc Prae-consulem, ac Dominum Joannem-Ernestum von der
Linde, Consulem et Syndicum huius Civitatis, ab altera parte, utriusq; potestate sufficienti instru-
ctos, certa quadam conventio hic Dantisci Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexto
die $\frac{11}{12}$ Mensis Octobris inita et conclusa sit, cuius tenor est, qui sequitur:

Quandoquidem Sacra sua Regia Maiestas ANNA, Dei gratia Magnae Britanniae
Franciae et Hiberniae Regina, Fidei Defensor etc. etc. ad Subditorum suorum in Civitate Geda-
nensi comorantium et comerciantium preces, Regiae suae Maiestatis Ablegato Extraordinario et Ple-
nipotent. Excellenti atq; Reverendi Domino, Dno Joanni Robinson S. S. Theologiae D. Ecclesiae
Cathedralis et Metropolitanae Christi Cantuariensis Canonico, in mandatis clementissime dedit, ut
cum Nobilissimo dictae Civitatis Magistratu, de tollendis incommodis quibusdam comercia Britan-
norum Gedanensium gravantibus ageret, ante dictus autem Magistratus ad ea omnia, quae Regiae suae
Maiestati grata et accepta esse queant, pronam mentem feratur, optetq; plurimum, ut Mercatorum tam
Britannicorum Gedanensium, quam Gedanensium in Magna Britannia comodis reciproco favore pro-
spiciatur, adeoque ad Colloquia super ea re cum praefato Ministro Plenipotentiaris in eunda, Deputa-
tor suos Nobiles Dominos, Dominum Gabrielem von Boemeln^{ls}, et Joannem-Ernestum von der
Linde Consulem et Syndicum nominaverit; Congressi propterea dictus Minister et Deputati super
articulis sequentes convenerunt et concordati sunt.

Sicut